



Mosheim s. Joh: L. aur: / diff. de Cireles in
Christi, Helycht. 1740

pfaffij / Christoph: Matth: / diff.
de Celo Beatorum, Tubinge
1722

Reudenij s. Amb: / Theser de
Symbolo Apostolicu, jene
1589

diff. de Deo ac tribus
personis, jene 1589.

5. Schmidt f. Joh. Andr. / Ruber Hete,
odoxa, Helmst. 1647.
6. ————— Diff. de monumento
Abrahamis Helmst. 1702.
7. ————— Diff. ^{sistoma} Linguat. Mysterium
Trinitatis predicatorum, Helmst. 1726
8. ————— Diff. de Armatura Spirituali
Helmst. 1701
9. ————— Diff. in qua Nova Oracula
Zachariani, Helmst. 1725.
10. ————— Diff. sui terr. Graeculum
a Rebecca consultum Helmst.
1726.
11. ————— Diff. vom Todt Wolfen,
Helmst. 1725.
12. ————— Diff. de institutione
Catechistica, Helmst. 1701
13. Schramm f. Joh. Conr. / Diff. de Cire
per Angelos Disposita, Helmst.
1738.
14. ————— Diff. de fundamento pacis
Religiorum, Helmst. 1726
15. ————— Diff. de cognitione dei
Helmst.

- 16 Schrammij s. Joh. Cor. 1 diff. de
una Deo obnoxiorum ab Egoia
rejecto, Helmst. 1734.
17. ——— Sistens psalteres pro.
pheta de vanis contra Christum
Dei filium Confilijs, Helmst. 1727.
18. ——— Sistens psalteres pro.
pheta de verbis ultimi Christi
morientis, Helmst. 1728.
19. ——— diff. ad Apologeticam
Augustane Confessionis, Helmst.
1737.
20. ——— diff. ad Articleus
Smalcaldicos, Helmst. 1736
21. ——— Sistens psalteres pro.
pheta de precibus Christi
contra maledicis, Helmst.
1728.
22. ——— psalter propheeta
de Majestate Christi redempto.
ris, Helmst. 1727.

23. Schrammij Joh. Cours cogitationes
theologice, de cogitationibus.
Helmst. 1727.
24. ————— diff. de demonstrativa
Scripturam S. interpretandi Me-
thode, Helmst. 1728.
25. Strubij Henc. Iulij diff. de
Catechismo Beati Athori
Helmst. 1614
26. Tity s. Gerh. diff. de gratuita
justificatione peccatoris,
Helmst. 1656.
27. ————— diff. de papistico
missæ sacrificio, Helmst. 1658

19

DISPVATATIO THEOLOGICA
AD
APOLOGIAM
AVGVSTANAE
CONFESSI^NONIS

A PROLEGOM. VSQVE AD ART. VI.

PRAE^SIDE
JONA CONR. SCHRAMMIO

S. TH. D. ET PROF. ORD.

ANNO MDCCXXXVII. D. XIII. APRIL.

PVB^LICE DEFENSA

A

JOANNE HENRICO SCHVMACHERO

ASSELENA-PADERBOR^NE^{SI}

PHIL. ET LIB. ART. MAG.

HELMSTADII
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.

DISCUTITIUM THEOLOGIA
AD
APOLOGIA
AGASTANAE
CONFESSIONIS
A PROLOGO AD ART. VI
TAKSIS
CON CORR. SCHRAMMI
TH. D. ET H. ORD.
VNUO MDCXCVII. A. ZEP. ANNI
AD EDITIONEM
H. V. T. 1580
CONFERENTIA
AD TYPICUM
AD TYPICUM



IN
APOLOGIAM AVGUSTANAЕ
CONFESSIОNIS.

PROLEGOMENA.

§. I.



Pologia cum dicitur, subintellige hoc loco Defensionem Augustanae Confessionis, quæ in eo abit à naturâ ipsius Confessionis, quæ alias itidem Apologia vocatur, quod paulò amplior esset ipsâ Confessione illâ, nec publicè simul in Comitiis Augustanis prælecta.

§. II. *Causas*, cur scripta sit, ipse in Præfatione maximam partem refert MELANCHTHON. Durantibus nempe adhuc Comitiis ante nominatis, Viginti Theologi, è quibus præcipui, ECCIVS, FABER, COCHLAEVS, & WIMPINA, nominati à LVTHERO T. V. Jen. Germ. t. 34. & à D. MÜLLERO, in Concordiâ f. XLIX. sq. indeque ab initio simul cum suis Principibus Comitiis præsentes, Refutationem Confessionis Augustanae paulò ante Imperatori exhibetæ, prout docuimus Disp. V. ad Corp. Doctr. Jul. de Aug. Confessionis Historiâ, instituerant. Et primo quidem ideo tarraginem Decem scriptorum virulentissi-

A

tissi-

tissimorum offerebant, quæ SPALATINVS recenset apud LVTHERV M l. cit. f. 36. sq. Nempē erant illa : *Catholica & Extemporanea Responsio*, *Antilogia è Lutheri Libris per Fabrum excerptæ, Hæreses inde collectæ, Hæreses in Conciliis damnatae, Hæreses Lutheri à Leone X. ante decennium damnatae, Hæreses ejusdem à Parisiensibus ante septennium damnatae, Condemnatio Facult. Parisiensis, & Lovaniensis, Epitome Hæresum aliquot Lutheri, Monstra seclarum, Luthe-rani Evangelii damnatissimi Fructus.* Sed nihil ad rem faciebant, quæ potius ad conflandum odium & concitandam invidiam composita. Igitur jussu Cæsaris stylum mutarunt, & suo ordine examinarunt Aug. Confessionis Articulos. Indeque *Confutationem d. III. Septembr. Ann. 1530.* in Confessu Principum ab Alexandro SCHWEISSIO prælegi, permisit Imperator. Consultius fuissest, si tantum fuissest oblata, imo si lucem haud alpexisset, quoniam nec ipsis placuit Pontificis, utpote qui ad lectionem ejus in confessu vix suspexere. Calamum eidem præstiterat FABER, etiam si & alia ECCII quædam habeatur Censura, cum *Confutatione* simul exhibita Imperatori, Latino Idiomate, nec tamen recitata, in Concordiā MÜLLERI f. XLVI. Ita enim benē ad rem LVTHERV S, apud CHYTRÆVM, Hist. Aug. Conf. Germ. p. m. 212. Denn diese Contutation unter allen des Fabri Kindischen und läppischen Büchern ein Ausbund ist. Von beyder Gestalt hat er die Historie von den Söhnen Eli/ daß sie ein bissen Brodts von den Priester bitten werden/ angezogen/ und daraus beweiset/ daß die Leyen allein die Gestalt des Brodts empfahen sollen. Conf. etiam SCHMID. Dilp. Secul. I. ad Aug. Conf. §. 34. p. 74. seqq. *Linguâ videtur Germanicâ conscriptum fuisse primum exemplar.* Testatur enim CHYTRÆVS l. c. p. 191. missum ad se fuisse Norimbergâ exemplar Latinum

PROLEGOMENA.

tinum ab Erasmo EBNERO, post Confiliario, qui Comitiis A. 1530. interfuerat, quod tamen in hac Historiâ ponere noluerit, quoniam putabat, convenientius fore, si id recenseret in vernaculâ, quâ prælectum. Weil ich das erste deutsche Exemplar, wie es von Wort zu Wort auff dem Reichs-Zag verlesen/ noch nicht bekommen hatte. Interim se curâsse Versionem per NEMORIMONTIVM, quæ ibidem primò prodiit, p. 191. sqq. edit. secundæ Hist. August. Conf. dum appareat Authenticum, bis etwa einmahl das deutsche Original/ wie es auff den Reichs-Zag verlesen/ noch wird herfür kommen. Videtur vero Exemplar Fabricianum de A. 1572. quod primò prodiit Latinè, post Germanicè, im Brill auff den Augapfel/ A. 1629. 4t. item im Catholischen Oculisten/ tunc nondum innotuisse. E quibus scriptum prius hunc titulum præterit: Brill auff den Evang. Augapfel/ das ist richtige und beständige Ablenunge/ und in Gottes Wort wolgegründete Refutation deren im Augapfel Augspurgischer Confession sämtlicher gesetzter Artickel/ dero Römi. Kaysersl. Majest. Carolo V. und den Catholischen Ständen in Ann. 30. und respectivè 52. zu Augspurg auff gedachte Confession/ und zu dero wolgegründeten Refutation auff alle Artickel gerichtet/ von den Catholischen Theologis übergeben/ darinnen neben andern zu sehen/ was die Kaysersl. Majest. und die Catholischen Stände dazumahl von solcher Confession gehalten/ durch Andream Fabricium/ gedr. im Jahr 1639. Ac certè dubitandum est non sine causâ, num hoc sit ipsum Authenticum. Ut ut verbis tantummodo aliquantum differant duo ista Exemplaria Germanica, CATHOLICORVM, & CHYTRÆI. Latinè exhibit Andr. FABRICIVS in Harm. Aug. Confessionis, & D. MÜLLERVS in Concordiâ.

§. III. Interim valde *instituit Cæsar*, ut manifestos quosdam *Abusus v. gr. de Communione sub unâ, Missâ Privatâ, Missæque Canone, approbarent Nostri*, quod cum facere non possent, iterum postulavit, ut *Principes memorare Confutationi aures præberent*. Eumque in finem communicare primùm ipsis eandem bono animo decreverat, ut expenderent. Quod & absque dubio eodem fecissent tenore, quo scripta fuerat. At cum suas suorum, malæ causæ metuentium, deinceps ejusdem copiam prorsus denegaret, ac gloriarentur nihilominus adversarii, ac si uno quasi iectu prostravissent nostrates, quomodo sententias Catholicorum, qui dicebantur, amplecti poterant, qui eas ignorabant, & à quibus, ne satis assequerentur, tanto studio fuerunt occultatae? Imo potius veritatem defendere cogebantur, neque deserere ipsi, quam paulò ante liberè professi erant, quæque adeo nunc opprimi seu vi seu ex insidiis videbatur. Exceperant **C A M E R A R I V S** & amici ejus inter legendum, quicquid poterant, verbis *Latinis è Confutatione*. Cumque hæc nactus esset **Philippus MELANCHTHON**, eodem ordine eodemque idiomate adornavit Apologiam Confessionis Augustanæ, causasque in hac exposuit, quare nec *Abusus Pontificiorum*, nec *Confutationem Confessionis recipere*, nobis integrum esset, simulque diluit ea, quæ adversarii objecabant. Et quanquam Apologiam istam, quam moderatissime potuit, scripsisse se fateatur, breviterque adhuc pleraque solum attigisset, *Cæsar tamen scriptum sibi oblatum*, & à Friderico, Comite Palatino benignè acceptum, forte ut recitaretur, Ferdinandi nutu *PONTANO* statim reddi voluit, nedum ut aspiceret, aut recitari permetteret. Quamobrem illud extendit **Philippus**, & ut telis tam variis occurreret, jam scripsi, inquietabat, accurate & vebe-

vehementer.¹¹ Aliud enim vel infictia Monachorum vel Theologorum ante dictorum calumniæ non merebantur. Quin & excudit statim anno sequenti 1531. & *inter excudendum*, ut ait, *quedam adjecit*, nomenque suum ideo professus est. Nihil verò in Cæsarem dixit acerbius, nec quicquam quod ex adversâ parte concederetur, dissimulavit. Nec verò examinavit tantummodo, quæ in *Confutazione* objecerat FABER, sed & quæ præter hanc ab ECCIO in *Censurâ* antea, §. I. notatâ aliisque passim contrâ Evangelii veritatem excogitata, ipsique forte oblata erant. Qualia v. gr. in Harmoniâ Aug. Confessionis, ejusque Apologiæ, postmodum conjuncta ac repctita à FABRICIO, edit. Colon. 1573. Singulaque non sine doctrinæ laude refutavit, maximamque partem anticipavit. Retinuit autem, quantum omnino potuit, formam usitatæ doctrinæ, ut facilius aliquando coire concordia posset. Etsi longius abduci potuisse ejus etatis homines ab adversariorum opinionibus; quæ sunt in Præfamine verba ipsius. Eruditè item multos locos doctrinæ Christianæ è Scripturis & Historiâ Ecclesiasticâ explicuit, quos maximè prodest, extare in Ecclesiâ, nec minori dexteritate, quæ falsa sunt in his, annotavit. Nihil adversariis affinxit vir moderatus & longè integerrimus. Quæ olim jacuerunt apud Monachos, Canonistas & Theologos Sophistas, patefecit. Et præcipua ex omnibus argumenta complexus est, ut extaret apud omnes nationes testimonium de nobis, quod recte & pie sentiamus de Evangelio Christi. Seu, ut Germanicum habet: *Das bey Hohen und Niedern Ständen / bey den jetzigen und unsern Nachkommen / bey allen eingebohrnen Deutschen / auch sonst aller Welt / allen fremden Nationen ein klar Zeugniß vor Augen sey / und ewig stehen bleibe.* Ita verò nec res bono carnit eventu, nec publica de-

fuerunt multorum bonorum virorum testimonia, qui Deo gratias egerunt pro hoc summo beneficio, quod de multis locis necessariis autor docuisse meliora, quam passim leguntur apud adversarios.

¶. IV. Prodiit igitur, prout secundis curis auxerat & emendaverat, *Utrâque Lingua, Latinâ & Germanicâ, Anno 1531.* unâ cum Confessione Augustanâ, Wittebergæ apud Georg. RAVIVM, hac inscriptione simul ejusdem Apologia: *Confessio Fidei, exhibita Invictiss. Imp. Caroli V. Cesari Aug. in Comitiis Augustæ Anno MDXXX. Addita est Apologia Confessionis, beide deudsch und latinisch / Ps. 119. Et loquebar -- non confundebar. Wittebergæ.* In fine extant typographus & annus, nempe 1531. Et ante Apologiam ipsam: *Apologia Confessionis. Germ. Apologia der Confession aus dem latin verdeutschet/durch Justum Jonam. Wittenberg.* Formâ scilicet Quadruplicata. Quæ etiam manuit in Corpore Doctr. Julio, & Formulâ Concordiae, utroque idiomale. Atque hæc editio prima est, ceterisque præstantior, fide utpote ipsorum Autorum suorum, Principumque Protestantium munita. Nam *Versionem Germanicam* illico adornaverat JVSTVS JONAS, quæ quidem Paraphrasi sèpè, quam versioni similior est, at postquam omnium approbationem invenisset, nihilominus cum Authentico Latino excusa simul atque recepta. Neque hinc dubium est, quin ita ab initio putetur & conscripta à Philippo MELANCHTHONE, & à Justo JONA translata in vernaculam nostram, etiam si eodem tempore jam variare cœpissent exemplaria Latina & Germanica, æquè ut in ipsâ Augustanâ Confessione. Nam sufficit, verum exemplar uiroque idiomate postea etiam fuisse probatum, cum in Articulis Smalcaldicis An. 1537. tūm in Conventu Numburgensi, A. 1561. Iterumque in Corporibus illis

illis Doctrinæ, quæ istâ ætate collecta diversis in locis lu-
cem aspexere, ut in Disp. I. ad Corp. Doctr. Jul. com-
memoravimus. Extat in Corpore Doctrinæ Philippico e-
jusdem Apologiæ editio Latina recentior, ut constat
præcipue ex Artic. de Liber. Arbitrio, & Eucharistiâ.
Et Exemplar Germanicum, in 8v. quod *Emendatum* di-
citur, & ejusdem fermè & Antiquitatis & Autori-
tatis est cum Authentico, ut notavimus suprà Disp.
V. de Aug. Confessionis Historiâ, multum sæpè differt
in verbis & ordine, multaque nunc addit, nunc omittit;
id quod inde esse videtur, quod Versionem suam Germa-
nicam aliquoties revideret & mutaret Justus JONAS. I-
dem tamen de Apologiâ observandum est, quod de ipsâ
Aug. Confessione notavimus, quod ex omnibus exempla-
ribus illud obtineat, quod postmodum ab ipsis Statibus
Evangelicis, & Theologis melioribus approbatum fuit.
Quare etiam in CORPORE IVLIO, Praef. Generali hæc
verba sunt: Nun sind beyde die Confessio Augustana und
derselben Apologia auff dem grossen Reichs-Tag zu Augs-
purg An. 1530. im Namen der Protestirenden Stände ge-
stellt / und der Römi. Kayserl. Maj. daselbst übergeben /
und folgendes A. 1531. ist das Exemplar / welches die Stän-
de für das rechte Authenticum gehalten/durch öffentlichen
Druck publiciret. So haben auch hernach A. 1537. aller
Evang. Stände fürnehmste Theologi auff dem Tage zu
Sinalcalden demselben Exemplari unterschrieben/ unmas-
sen auch An. 1561. Chur- und Fürsten = dasselbige für das
rechte Authenticum erkauft/ und auf dem Tage zu Raum-
burg mit ihrer subscription confirmiret haben. Derhal-
ben = haben wirs aus dem Exemplar / so A. 1531. publici-
ret / in dieses unser Corpus Doctrinæ lassen nachdrucken.
Hoc verò Germanicum illud est ad verbum, quod in for-
ma

mâ quadruplicatâ esse, notavimus in Disp. cit. ad Hist. Aug. Confessionis. At nec Justi 10NÆ nomen præfert editio *Emendata*, de quâ paulò ante, nec eâdem autoritate comprobata fuit. Et proinde hanc potius conferre convenit, quam præferre, aut inde confidere normam. In Operibus quoque B. L V T H E R I illud extat *Apologiae exemplum*, quo nos utimnr, Tom. VI. Jen. Germ. fol. 404. a. sqq. ut & ipsa Aug. Confessio ibid. fol. 387. sqq.

§. V. Non quidem eandem Autoritatem cum ipsâ Confessione Aug. subire poterit ejus *Apologia*, ut benè inquit H V T T E R V S contr. Irenic. P A R E I, p. 36. Minime tamen eam improbamus, nec ejus Decisionibus, Definitionibusque stare recusamus. Et quanquam nec ab Imperatore Carolo V. ejus prælectio in Comitiis admissa sit, nec simul pro libro Symbolico inde haberi potuerit, diximus tamen §. præcedenti, quod ab omnibus Evangelicis paulò post agnita sit. Nec quicquam etiam impedit, ipsis Principum manibus æquè ut Aug. Confessionem nunquam fuisse signatam. Nam & Articuli Smalcaldici ab eorum solùm Theologis subscripti. Id quod sæpius præstat. Vide Volrad. *Fürstenholds Bedencken von dem eigenhändigen Unterschreiben grosser Herren*/Francff. 1667. 8v. ubi commoda & incommoda enarrantur. Conf. supr. Art. Sm. Proleg. §. II. & Epil. Aug. Conf. Ipse quoque PHILIP-
EVs in octavâ statim paginâ Corporis sui, ubi Catalogum scriptorum in hoc libro contentorum recenset, scopum indicat, unde & in Libros Symbolicos referri debeat; scilicet quod in eâdem copiosâ explicatione quorundam Articulorum diluerentur precipua capita locorum & argumentorum, quæ Pontificii objicerant in suâ confutatione; & exponerentur cause, quare illa *Confutatio neque recipienda, neque adversariorum judicia comprobanda fuerint*. Consen-
tien-

PROLEGOMENA.

tiente in hæc omnia ipso quoque **LUTHERO**. Hinc *Interpretatio Aug. Confessionis Authentica ex Apologiâ fieri* debet, non obstante hujus vel varietate vel ampliacione. Nam & autoritate Imperii, & Imperatorum, & ipsorum Pontificiorum, cum Aug. Confessione perpetuò connexam fuisse, docet eruditè **DORSCHÆVS** cap. II. de Aug. Cont. *interpretat.* s. 40. sqq. Et hodie plerique conjunctim exponunt. Bene quoque faciunt, qui addunt Responsionem Pontificiorum ad Aug. Confessionem, exemplo D. **MÜLLERI**, in Conc. Form. ed. Jen. 1704. Plus studii vero propter rerum copiam ac citationes quamplurimas, in Apologiâ requiri, constat. Et frustrà sanè impugnantur, quæ vel de laudibus Aristotelis, vel de Evangelio, prout dicitur Concio Pœnitentiæ, vel de significatu Justificacionis, quod sit justum facere, vel & de tribus Pœnitentiæ partibus, de Numero Sacramentorum, & Sacrificiorum causis, similibusque in Apologiâ occurrunt, dummodò hæc rectè & ad mentem Autoris explicitur. Id quod ex sequentibus facile patebit. **CARPZOVIVS** inde ad eam plenius in *Iagoge*, cit. idèò à **WEIDNERO**, Disp. *Quod Form. Conc. sine famæ læsione subscribi possit*, Rost. 1723. p. 47. ubi etiam de Art. Smalc. & Cat. Lutheri. *Tabulis inclusis SCHELGVIGIVS* ad A. C. *Breviarium SAVBERTI* in Dissert. exhibit D. **MAYERVS**, Gryph. 1710.

S. VII. Vires in contrarium tentavit ante alios **COCHLÆVS**, cum Ann. 1534. edidit *Velitationem* in Apolog. **PHIL. MELANCHTONIS** Lips. 4t. 5. pl. & male fert, typis evulgatam esse, non vulgatâ *Confutatione* Pontificiorum. Amplam quoque nimis, & de Articulis his frustrà vult conscriptam, de quibus in Comitiis jam fuerat conventum, saltem, ut odium in Pontificios augeretur. Græca denique ferre non potuit, quibus visus sit, Catholicos vexare

MELANCHTHON. In Margine Interpretatiuncularum addi debuisse. Sed hæc frivola sunt, & præter culpam in nostrates conjecta. Vnde facile fuit, tam ex historiis, quam rationibus convellere. Idem COCHLEVS in *W. Philippicis* prioribus, contrà Apologiam Philippi potissimum directis, ad Imperatorem Carolum V. Lips. edit. 1534. multa iniquè violat, quæ in Velitatione ipse, utut falso, objecerat MELANCHTHONI, scilicet dum ipsum pariter ac LUTHERVM in Art. I. de Deo & Trinitate multorum errorum longè perniciosissimorum accusat, ut ut concordia in his Comitiis concessa esset, & postmodum etiam in Concilio Tridentino concederetur. Sed hæc & ejusmodi etiam FABRICIVS & alii, de quibus istius *Harmoniam Confessionis Augustanæ* sæpè legere & conferre, prodest, ed. Colon. 1573. fol. Quoniam in hac primò ponuntur Confessionis Augustanæ Invariatae Articuli singuli, hinc & iidem è Variatâ Editione. Tum verò Caroli Cæsaris & Catholicorum Principum ad eos Responsio, quam vocant A. C. Confutationem. Post Andr. FABRICII Leodii, Animadversio, IOH. à DAVENTRIA Refutatio, Joh. COCHLEI Discussio, Joh. HOFFMEISTERI Judicium, Alphonsi VIRVESII Philippicæ, quæ simul datâ occasione aduersus Apologiam A.C. diriguntur, ideoque discussionem eò uberiorem etiam merentur, quod locis argumentisque sæpè iisdem è Confutatione iteratis, sæpè verò diversis, desumptis è Patribus aut Scholasticis, ipsi contrà se tela suppeditent, sibique sæpissimè contradicant, dum quod unus concedit Nostratis, alter convellit, aut sinistrè detorquet. Quare ad Apologiæ nostræ Explicationem magnopere nobis videtur inferire. Qui primus hos simul sumvit cum Concilio Tridentino, & cum ipsâ Aug. Confessions ejusque Confutatione & Apologiâ contulit, præ ceteris erat M. Magnus

AGRI-

ART. I. DE DEO.

II

AGRICOLA, Past. Neoburg. ad Danub. Von der Catholischen Christl. Lehr Augsp. Conf. und den Uncatholischen Heydensüchtigen Pabstthum / Laugingen 1599. 4t. Liber optimæ notæ est, nec ubique constat. Scriptus imprimis contrà Autonomiam, contrà quam novitatem confusionemque doctrinæ, ipsumque etiam Gentilismum retorquet.

ART. I.
DE DEO.

§. I.

Q Voniā hunc Articulum totum in Confutatione A. C. approbaverant Adversarii, nihil quoque ad eum additur in Apologiâ, nisi quod pro Idololatria habeantur, & qui contumeliâ Deum afficiant, (Abgöttersche und Gotteslästerer) latius nempè sumtis his vocibus, ac proinde extrâ Ecclesiam sint, qui aliter de Deo ac Trinitate sentiant, quam se in verbo suo revelavit, atque ideo dictum erat in Augustanâ Confessione. Quales non solum Infideles, sed & Hæretici veteres ibi esse dicuntur. Omnia itaque integerrimus videri vult COCHLAEVS in Harmon. Fabrician. De hoc Articulo, inquiens, nulla est inter nos & Protestantes Controversia, neque in Confessione, neque in Apologiâ, proinde in eo per omnia consentimus. Ceteri valeant, qui ibid. sophisticantur, & causas litium vel in ipsolimine querunt. Sique hi, vel similes cum COCHLAEO ipso, in Philippicis, acquiescere nolint, sed nunc Lutherum, nunc Melanchthonem horumque discipulos errorum postulent, legant DORSCHAEI Interventionem pro Mysterio Trinitatis, ZORNII Lutherum Catholicum, & tela contra seipcos, & BELLARMINVM, POSSEVINVM, GREG. de VALENTIA, BVSAEVVM, CORNAEVUM, invertant, videantque manti-

cæ, quod in tergo est. Saltem sciant, quicquid hīc quæritur discriminis, in aliū locum esse rejiciendum. CALVINI etiam Christus à utrōque ratione Essentiæ, non ratione Personæ est.

§. II. Non variant hīc Exemplaria. Saltem Elenchus in *Germ. Emend.* his verbis exprimitur: Dass man sich hüte für des Teuffels Listen/ die sich bey etlichen eräugen wieder die Gottheit Christi. Denn die heilige Schrift sagt klar / dass Christus ewig sey/ ic. Dieses alles gebührt allein Gott/ ic.

ART. II.

DE PECCATO ORIGINIS.

§. I. In Articulo II. de Peccato Originis duo potissimum sine causâ impugnaverant Pontificii. Nempe (I) non re-de à Nostratibus definitum esse Peccatum Originis, quod per illud homines sine Metu Dei ac Fide sint, quæ sit Culpa potius Actualis Adulutorum. Facile constat, nodum eos in scirpo quæsivisse; id quod deinceps ipsi in Harmoniâ Fabricianâ fateri coguntur. Quia cochlævs ita ib. p. 25. sq. Etenim concordamus in hoc, quod omnes homines secundum naturam propagati, nascuntur in peccato. Quia sic & divina docent literæ Ps. L. -- Concordamus & in isto, quod per Baptismum tollitur reatus culpæ peccati originalis, iuxta illud Ezech. xxxvi, 25. Effundam. -- Et bæc duo ad populum sufficerent. Cetera que de hoc Articulo disputabilia sunt, utilius reservarentur pro scholis Theologorum, quam ut contentiose disputentur ad populum. Non enim leve peccatum est, scandalizare infirmos odiosis contentioibus & subtilitatibus, quæ populo scitu necessariae non sunt. Ut quid ergo ipsi pluribus de his disputare pergunt, irrito conatu? Aut cur nostris vitiis vertunt, quod maculam sibi injectam abster-gant?

gant? Denique cur ipsi citra necessitatem impugnaverant, quæ impugnanda non erant? Merito igitur nostri indignantur. Indeque ansam sumunt, doctrinam hanc intricatam, nec satis aut à Patribus aut à Scholaſticis sæpè discussam, ut ejusdem momentum postulat, uberius exponendi. Notat enim ipſe LOMBARDVS L. II. Sent. Dift. xxx. E. Diligenter inquirendum est, quid sit. De hoc enim sancti Doctores sub obscuritate locuti sunt, atque scholastici doctores varie senserunt.

§. II. Se ergò per Negationem suam non *Actus* tantum, sed & ipsam *Potentiam Proximam* in Confessione exclusisse, produnt nostrates, atque ideo provocant ad Exemplar illius Germanicum, in quo distinctius hoc expreſſerint. Ibi enim dicitur: Und keine wahre Gottesfurcht/ keine wahre Gottes Lieb / keinen wahren Glauben an Gott von Natur haben können. Pro quo Lat. *Sine Meu Dei, si-ne Fiduciâ ergâ Deum, & cum Concupiscentiâ*. Hinc & CARPOVIVS Ilagog. ad Apol. h. l. p. 155. In Germanico Exemplari tamen Confessionis quam Apologie verba significan-tius sonant, quamvis Germanicum Exemplar Apologie non Authenticum sit, sed Versio tantum, ex Lat. Exemplari à Ju-sto Jona adornata. Unde alibi etiam præfertur Latinum. Et post quoque hoc ipsum ad h. l. laudatur, in quo Potentia Naturæ, etiam in Infantibus, & Actus simul in Adultis, per P. Or. negatur. Exclusisse etiam hoc pacto non dissimulant sinistras sophistarum recentiorum, quorum magna pars in Anabaptistis & Neophotinianis tūm late-bat, opiniones, de Fomite Peccati in Corpore, item de Servitute quādam aut Conditione tristi Mortalitatis, sine vicio proprio vel damnatione. Quæ contrariantur Ps. XIII. 3. & Ps. v. 10. ubi verba in Germanico textu Rom. III. 13. 18. inde citata, simul adjecta. Rejiciunt simul Quæ-

stiones inanes & pueriles, quibus hanc doctrinam impeditabant, & necessaria magis, quæ h. l. à Nostrisibus allata, præterierant. Item quod Scholaſtici vires Naturæ ſaepè ultrà modum extollerent, ac ſi per hoc justi coram Deo evaderent homines. Quò etiam tendebat Confutatio ac censura adverſariorum. Tum verò id agunt, quod postmodum deſiderabat Joh. à DAVEN^{TS} IA, in Harm. Fabric. p. 17. *Quandò, inquiens, ſe excusant* (Evangelici) *& genuinae uſitataeque accedunt definitioni, que Peccatum Originis dicit eſſe Carentiam Iuſtitiae Originalis cum debito habendi eam, non eſt, quod diu tergiverſemur.* Percipiimus enim, ut tandem ceu postlimiō inter utrosque pacis fæderia evaleſcant.

§. III. Pulcrè nempè verba Confessionis de Privatione Timoris Dei ac Fidei conciliant cum veriori Doctrinæ de Carentiâ Iuſtitiæ Originalis ſententiâ, & illustrant hanc ex Oppoſito, quod in Scripturis dicitur *Imago Dei in primo homine, ad quam iſte conditus*, Gen. I. 27. poſt verò per Peccatum Originis planè amifit. Ideoque citant pri-mò ex antiquioribus IRENÆVM L. v. contr. Hæres. c. 2. p. 434. ubi iſte : *Neque verè redemit nos ſanguine ſuo, ſi non verè homo factus eſt, restaurans ſuo plasmati, quod dictum eſt :* (Gen. I. 17.) *In principio factum eſſe hominem ſecundum imaginem & ſimilitudinem Dei.* Cui ſuccedit AMBROSIUS in Hexaëmer. L. vi. c. viii. *Noſtra autem conversatio in coelis eſt.* (Phil. III. 20.) Non eſt ergò ad Imaginem Dei, in quâ Deus ſemper eſt ? Sed audi, quia ad imaginem eſt Dei. Dicit itaque Apoſtolus : (II. Cor. III. 18.) *Nos itaque omnes revelatâ facie gloriā Dei ſpeculantes, ad eandem imaginem reformamur à gloriâ in gloriā, ſicut à Domini Spiritu. Pictus ergò eſt, ô homo, & pictus à Domino Deo tuo. Bonum habes artificem atque pictorem.* Noli bonam delere picturam, non fuco,

foco, sed veritate fulgentem, non cera expressam, sed gratiam. Addunt & Eph. iv. 24. *Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in Justitiam & Sanctitatem veritatis.* Sic & Col. iii. 20. *Et induentes novum, eum, qui renovetur in cognitionem, secundum imaginem ejus, qui creavit illum.* Consentit LOMBARDVS, qui adducitur, Libr. 2. Sent. Dist. xvi. B. *Imago autem & similitudo in hoc loco vel increata intelligitur, vel creata, in qua factus est homo, & ipsa homini concreata.* Neque his refragatur AVGUSTINVS, quando vel Animam L. de Quantit. Anim. c. 2. factam esse dicit similem Deo, quia immortalem & indissolubilem eam fecit Deus; vel Concupiscentiam vocat Peccatum Originis. Etenim, alio quoque sensu idem describit Imaginem Dei, autore LOMBARDI l. c. Dist. xvi. D. & planè eadem, quæ nos, docet, L. de Spirit. & Literâ: *Imago, ait, consideratur in cognitione veritatis, similitudo, in amore virtutis.* Add. GERHARD. Loc. de Imag. Dei, §. 26.

§. IV. Per Concupiscentiam verò AVGUSTINVS Serm. xlvi. de Tempore, qui est 2. Serm. Dom. 3. post Octav. Epiphan. non actum concupiscendi, sed vitium primum significavit, teste LOMBARDI, L. 2. Dist. xxx, H. cum eam dixit Legem Carnis. Ita enim ibid. AVGUSTINVS: *Caro mea est, ego ipse sum, pars mea est. Rursus ergo & hostis meus (Concupiscentia) quomodo agit malum, & non perficit malum? Agit malum, qui movet desiderium malum. Non perficit malum, quia me non trahit ad malum.* Idemque paulo ante: *Ipsa Concupiscentia, cum quā nati sumus, finiri non potest, quamdiu vivimus. Quotidie minui potest, finiri non potest.* Item Reatum propaginis male eidem adhædere, scribit ibid. à quo per Baptismum solvantur infantes. Rectè hinc LOMBARD. ib. F. *Quod Originale Peccatum Culpa sit, pluribus sanctorum testimoniis edocetur.* Oftendunt

stendunt igitur Nostrates è Scholasticis melioribus, Peccatum Originis tām in Carentiā Justitiae Originalis, ratione Formæ, quām in Concupiscentiā Habituali, ratione Materiæ, consistere. Et quidem è THOMA Aquināte, II. Sec. Qv. LXXXII. qui ibi ad Art. I. *Sicut aegritudo corporalis habet aliquid de privatione, in quantum tollitur aqua-litas sanitatis, & aliquid habet positivè, scilicet ipsos humores inordinatè dispositos, ita & peccatum Originale habet privationem Originalis Justitiae, & cum hoc inordinataam dispositionem partium animæ. Unde non est privatio pura, sed est quidam habitus corruptus.* Atque ad Art. III. *Et ita Peccatum Originale materialiter est quidem Concupiscentia, formaliter vero est defectus Originalis Justitiae.* Tumque etiam è BONAVENTURA ad Libr. II. Sent. Dist. xxx. Art. 2. p. I. Nr. 20. *Sic cum quæritur, quid sit Concupiscentia immoderata, rectè etiam respondetur, quod sit debitæ Justitiae carentia. In unā istarum clauditur altera.* Et ex HVGONE Cardinale P. VII. de Sacram. *Peccatum Originale esse Ignorantiam in mente, & Concupiscentiam in Carne.* Hinc & adiiciuntur verba I. Cor. II. 14. *Animalis homo non percipit ea, que sunt Spiritus Dei.* Et Rom. VII. 23. *Video aliam Legem in membris meis.* Et ad denotandam gravitatem hujus Peccati cognitam, & ipsius doctrinæ momentum, Jерem. xxxi. 19. & Ps. cxv. II.

§. V. Sed & (II) LVTHERVUM accusaverant Pontificii, Peccatum Originis etiam post Baptismum in Renatis esse, statuentem, & quod nostrates ejus sententiam repetiissent. Ut ut à Leone X. jam tum tuerit damnata. Respondent ergo ex AVGUSTINO Libr. VI. contr. Julianum, c. vi. *Jam videamus illud excellentissimum acumen tuum, quo vidisti, quemadmodum refelleres, quod à me dictum est, dimitti concupiscentiam carnis in Baptismo, non ut non sit, sed ut in pecca-*

peccatum non imputetur, quamvis autem reatu suo jam soluto, manet tamen. Cui gemina sunt, quæ dicit apud CHEMNITIVM, Part. I. Ex. Conc. Trid. p. 465. quo nemo melius hanc materiam discussit: *Quando audis in aliquo homicidii reatu solutum, non ipsum homicidium, sed ipsum hominem à reatu culpe existimas absolutum.* Quæ verba ex eod. loco contrà Julianum petita. Facile etiam evincitur Pecc. Orig. in Renatis ex Effectibus. Vnde iterum **AVGSTINV** loc. cit. *Omni reatu omnium malorum caret, non omnibus malis.* Numquid caret ignorantiae malo, per quod à nescientibus innumerabilia perpetrantur mala? An parvum malum est, per quod homo non percipit, quæ sunt Spiritus Dei? de Baptizatis nempè dicebat Apostolus: (I. Cor. II. 14.) *Animalis homo autem non percipit, quæ sunt Spiritus Dei, &c.* Deinde paulò post (I. Cor. III. 1. sqq.) *Et ego, inquit, fratres, non potui loqui vobis, quasi Spiritualibus, sed quasi Carnalibus, quasi parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam.* Nondum enim poteratis. Sed nec adhuc quidem potestis. Adhuc enim estis carnales. -- *Parvuli enim in Christo quomodo essent, nisi jam renati essent?* Prior locus adeò placuit veteribus, ut in DECRETO repeteretur, P. III. de Consecrat. Dist. IV. per Baptismum. Et P. II. de Pœn. Dist. 3. Vbi tamen GLOSSA male ad rem: *Deleta culpa originali in Baptismo, remanet ipsa iniquitas, id est, fomes peccati, ad paenam tantum, non ad culpam.* Verte potius. Citantrur etiam verba **AVGVSTINI** è Libr. II. cœtr. Julian. fere ab init. *Lex ista, quæ est in membris, &c. ad Rom. VII.* Vnde frustrà postmodum **ECCIVS** de Philippo questus est Wormatiae, A. 1540. Vbi nempè inter hos de Pecc. Or. instituta disputatio, post tertium tamen diem à Cæsare ad Comitia Ratisbonensia rejecta, quod videret, suos succumbere. Vid. SCHMID. Hist. Interimist. p. 13. Add. etiam

AUGVSTIN. L. 3. contr. Jul. c. 5. Sic ergò Pecc. Originale
se se non extenuare, sed magnitudinem potius, ut fas est,
declarare, & quicquid ad Carentiam illam vel Concupi-
scientiam spectat, etiamsi in Baptizatis à Deo remittatur,
in se tamen pro Peccato omnino habere, ad extollendum
Christi meritum, indicant. Secus ut fit in foro *Civili*, in
quo Lex obtinet, quæ extat Dig. L. XLVIII. Tit. XIX. L.
XVIII. *Cogitationis pœnam nemo patitur*. Quanquam & ad
hanc **GLOSSA**: *Hoc verum est, si est statim in finibus cogita-
tionis &c.* In foro *Conscientiae* aliter, non obstante Boni-
tate Motuum Metaphysicā, quæ certè Malitiam Moralem
non infringit, neque obstat, quo minus tota humana na-
tura corrupta Diaboli Regno subjiciatur, Gen. III. 15. Nec
ut **BELLARMINVS** L. de Grat. & Lib. Art. c. 13. de Scholaсти-
cis quibusdam, quos laudat, quod homo *ex puris Natur-
ibus possit Deum diligere super omnia*. Imo Nostrates:
Dass dieselbe angeborne Gerechtigkeit uns nicht möglich
wäre gewesen / ohne sonderliche Gaben / und ohne Hülffe
der Gnaden. Und dieselbe Gaben nennen wir Gottes
Furcht / Gottes Erkäntniß / &c. Vt suprà **A M B R O S I V S**.
Statum Controversiae mutant præsertim hoc in loco
adversarii, cum quod de Homine post Lapsum dicitur per
se, quod nihil in eo Boni sit, ad Regenitos trahunt, &
quod negatur de Sanctitate Inhærente, intelligunt de Im-
putatâ, & Physicam quoque cum Morali confundunt. Vt
PEIRERIVS S. I. ad Gen. VI. 5. & VIII. 121.

ART. III.

DE INCARNATIONE VERBI.

§. I. Articulum III. *de Incarnatione Verbi* totum pro-
baverant Adversarii. Ideoque Nostrates nihil ideo opus
habebant, respondere. Frustrà vero sunt **FABRICIUS** &

HOFF-

ART. IV. V. VI. ET XX. DE JVSTIFIC.

19

HOFFMEISTERVS, in Harmoniâ, quam iste falsò appellat, cum scrupulos nunc de *Divinitate à Christo aliquandò per MELANCHTHONEM subtractâ*, nunc, *de Descensu ad Inferos*, objiciunt. Nam in neutro scopum feriunt, ut alibi ostendimus. Adde ZORN. Luther. Catholic. Lips. 1701. Frustra quoque deinceps fuerunt Jesuitæ Ingolstadienses, Disput. de *Majestate Hominis Christi*, A. 1564. ibid. contra D. Jacobum ANDREÆ, propriamque potius confessi sunt turpitudinem, cum partes Zuinglianorum in odium Evangelicorum assumerent, horumque sententiam novam planè & perniciosa, & cum Christi, Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, Confessorum, & cum omnium denique totius Ecclesiæ Catholicae Patrum doctrinâ ex diametro pugnantem. Sed cum Anonymus autor in solum potius D. ANDREÆ calamum converterit, ab eodem quoque Apologiâ quâdam A. 1574. Tubingæ, ut res merebatur, responsum fuit. Et deinceps tam Part. II. Spec. Corpor. Doctr. Jul. quam in Form. Conc. hæc materia declarata. Longè hinc æquiores Joh. à DAVENTRIA, & Joh. COCHLEVS in Harm. citatâ, è quibus posterior: *De hoc Articulo neque in Confessione, neque in Apologiâ ulla est discordia inter nos & illos, utinam & certi tales essent, ut nullâ discessione opus foret.* Conf. etiam DÜRR. ad Libros Normal. Norimberg. Class. III. Loc. III. p. m. 183. sqq.

ART. IV. V. VI. ET XX.
DE JVSTIFICATIONE.

§. I. Conjugunt hîc Art. IV. V. VI. & XX. inter se Nostrates, propter materiæ affinitatem. Vbi tamen ab initio statim notandum, quod aut affingant multa nostratisbus adversarii, aut exemplaribus A. Conf. Authen-

ticis usi non fint. Ita ad Art. IV. non improbant, damnatos in eo à nostratisbus fuisse *Pelagianos*; utut nuspia eis nominaverint, imò nec adversarios quidem in hoc Articulo damnaverint. De quo CARPZOV. p. 202. ad h. l. Nec proinde erat, ut *Manicheis* vicissim accenserent nos, quod *Merita*, etiam divinâ gratiâ adjuvante, *proprie sic dicta*, rejiciamus. Ad Art. V. in rem suam convertunt, quod *Spiritus S. detur per Verbum & Sacraenta*. Approbant hoc, sed arguunt inde, quod sic etiam detur a Deo *Fides per Dilectionem operans*. Non *Fides sola*, *Dilectione destituta*. Vbi verò hoc nostrates? Nec proinde quadrat locus Alexandri Pontificis c. *Majores*. L. 3. Decretal. c. 4². *de Baptismo & ejus effectu*. ab ipsis allegatus, *de Absentia Dilectionis in Infantibus*. Porrò comprobant ad Art. VI. Fidem per charitatem efficacem. Sed rejiciunt, *Justificationem à Nostris soli Fidei tribui*. Locum enim A. C. Luc. XVII. 10. *de servis inutilibus*, non extollere Charitatem fine Operibus, sed tantùm inferre, quod nemo Operibus suis possit justificari. Quid ergò jam supereft litium? AMBROSIUM verò in A. C. citatum, ajunt, de Operibus Legalibus loqui. Sed quid aliud sunt, vel esse debent, *Bona Opera?* Quid aliud, vindictæ locum non dare? quod hoc referunt ipsis. Et Paulus Rom. XII. 19. Denique ad Art. XX. monent, quod ad Principes ac Civitates pertineat, judicare, num *Bona Opera Remissionem Peccatorum mereantur*. Id enim jam tempore AVGVSTINI in quibusdam, qui hoc negaverint, improbatum esse. Differt ad hunc Articulum *Germ. Exemplar Emendatum* verbis & ordine perpetuo, non tamen in ipsis rebus. Dubitationem solum Adversariorum pluribus notat, & refellit, quæ in Corp. Doctr. Jul. & Form. Conc. Latinoque Exemplari hoc loco præteritur, Part. I. maximè

mē sub finem. Et Partem II. quid sit Fides, Parti I. paucis annexit: nempe quod non sit tantum Historica. Contenta verò distinguit in *Thesin & Antithesin*.

§. II. Contrà hæc igitur, quæ de *Justificatione Articulis* memoratis opposuerant Adversarii, utut ad duo tantum ab his damnata contrahantur, nempe quod non Meritis nostris, sed sold Fide Deo reconciliemur, tota tamen doctrinæ series non sine gravibus causis à Nostris Sex Partibus absolvitur. Nempe Part. (I) præmisso *Momento* ejusdem, de *Fundamentis* veræ *Justificationis*, coram Deo agitur. Et *Momentum* quidem ante omnia adeò extollitur, ut solus hic Articulus ad veram Christi Agnitionem viam aperire, ostiumque Scripturæ patefacere, dicatur. Nempe quā præcipius ex omnibus est. Hinc D V R R I V S Isag. ad Libr. Norm. c. VIII. Nr. VIII. Pleraque istorum, quæ Pontificii in doctrinâ de *Justificatione* defendunt, evertunt Fidem, ut, quod damnant Articulum de *Remissione Peccatorum*. Qui tamen benè distinguit inter Doctores, & illos, qui sub Papatu vivunt, & in solo Christi sanguine quærunt *Remissionem Peccatorum*; nempe ibid. Nr. VII. p. 60. sqq. Agnoscit hinc facile Joh. à D A V E N T R I A ad h. l. *Dissensionum ansam dedisse* quidem mundo hunc articulum, nec censurâ ideò prætereundum; sed omnem tamen spem de eo aliquandò consentiendi, non abjicit, quod si, inquiens, quo modo tandem inter utrosque concordia coalescat, fiat, ut exulent hæreses, & ad unitatem fidei redeant, plus dīa dīa πατοῦ dissidentes. Γένοιτο, γένοιτο. Sine veritatis tam pretiosæ detimento. Add. Disp. D. H A F E R V N G I de *Justificatione Peccatoris* coram Deo, ministerio B. Lutheri puritati restitutâ, Witt. 1730. pro celebratione Jubilæi secundi Aug. Confessionis habitam. Quare & in *Apologia* Adversiorum hac in re Negligentia

tia pariter atque Ignorantia, de Remissione Peccatorum, Fide, Gratiâ, & Justitiâ, meritò accusatur. At contrà FABRICIVS ad Art. VI. non minori audaciâ, quâm ruficitate: *Hic Articulus juxta Apologiam declaratus è schola Simonis Magi est repetitus. Docuit enim ille, ut Autor est Irenaeus L. I. c. 20. suos seclatores libere agere posse. Scilicet hæc quadrant in Evangelicos.*

§. III. E Fundamentis (1) est verum inter Legem & Evangelium Discrimen, quo Scriptura universa nunc Legem tradit seorsim, nunc & Promissionem de Christo siue mentione Legis offert. (2) *Definitio Legis.* Vbi per Legem Decalogus, non autem Ceremoniæ aut Leges Judiciales Mosaicæ hoc loco intelliguntur. Decalogus etiam requirit non Opera Externa solum vel Civilia, sed & longè altiora, supra vires & rationem humanam posita, scilicet verè timere ac diligere Deum, eique sine ullâ dubitatione confidere. Bene hinc ita concludit AVGVSTINVS de Nat. & Grat. c. II. *Si enim hoc dixit de Lege, quam accepit gens una Iudeorum, quantò justius dicitur de Lege Naturæ, (hoc est, Morali,) quam accepit universum genus humanum? Si per naturam justitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si autem non gratis Christus mortuus est, (Gal. II. 2.) ergo omnis humana natura justificari & redimi ab ira Dei justissima, hoc est, vindicta, nullo modo potest, nisi per Fidem, & Sacramentum Sanguinis Christi?* (3) *Errorres Scholasticorum Veterum,* qui tantum docuerant Justitiam Rationis, ac Monachorum, qui Vota Monastica, Missas, & Abusus plures perniciosos ad Legem retulerant, rejiciendi. Siquidem his erroribus mors Christi redditur inutilis, & frustranea Regeneratio, I. Petr. I. 5. sqq. Vid. instr. Art. VI. Abus. de Vit. Monast. Item quod hinc magni Theologi Lovanienses, Parisienses, &c. Aristotelis

Li-

Libros Ethicorum pro Scripturis quondam adhibuerint in Concionibus, quasi omnino cum Verbis Christi consenant Socrates, Zeno, & similes, cuius rei exemplum ipse Autor in Concione audiverit. Habemus quoque lepidam Historiam in Histor. Reform. Brunsvic. REHT-MEYER. P. III. p. 28. sq. ubi in Templo S. Magni Joh. GROVIVS fest. Paschatis, initio facto a verbis Pf. CXVIII. *Hic est dies, quem fecit Dominus; statim subjecit: Dicit Aristoteles secundo Physicorum &c.* Unde signum datum campanâ in eodem templo, & tumultus inde excitatus fuit, ut Aristoteles expelleretur, & ab officio suo GROVIVS removeretur. Quæ contigerunt A. 1527. Nihil ergo difficultatis his verbis inest: Von äußerlichen/ erbaren Leben / wird nicht leicht jemand besser schreiben/ denn Aristoteles. Sed malum omne latet in Abusu, qui proinde cum Melanchthonē reprehendendus, non usus in Scholis moderatus. Eadem hodie luditur scena ab illis, qui docent Jus Naturæ. Num & illi, quod nimium sapè sibi tribuunt, è scholis ejiciendi? Num quod miscent placita sua Theologiæ, omni carent utilitate? (4) *Opiniones falsæ aliorum Pontificiorum, de Fide & Merito Christi*, cui Meritum proprium Congrui & Condigni recte jungere se posse, putant. Scilicet, ut ex his Oppositis veritas Fundamentorum in hoc Articulo eò magis elucescat. (5) *Praxis Veterum Catholicorum*. Quæ in Exemplari Germanico, quoniam in Latino deest locus, his verbis indicatur. Daher weiß man etliche Historien / daß die Barfüßer Münch/wenn sie etlichen guten Gewissen/an der Todtstunde/ lang haben umsonst ihren Orden und gute Werck gelobet/ daß sie zuletzt haben müssen ihres Ordens und St. Franciscen schweigen/ und dies Wort sagen: Lieber Mensch/Christus ist für dich gestorben/das hat in Aengsten

sten erquiflet / und erkület / Fried und Trost allein geben.
 Plura ejusmodi Testimonia függerit CALIXTVS Digress.
 de Art. Nov. f. 343. seqq. TIT. Disp. de Justific. Hominis
 Peccatoris corām Judicio Dei, verbis Libror. Eccl. Lu-
 theranæ Symbolicorum ipsissimis, potissimum contextā,
 Helmst. 1659. Aliaque ibid. de Justific. §. 24. seqq. Add.
 MATTHEES. Conc. XIII. de Vit. Luther. p. 150. Ita quo-
 que Petrus de ALLIACO super Psalm. *Judica me Deus:*
Docet me, Domine, Ecclesia tua, quæ te docente in-
structa est, ut dum ad Sanctum Altare tuum accedo, de tuis
Meritis confidens, & de meis nihil præsumens, humilior ti-
bi Dominicum Psalmum dicam: Judica me, Deus. Excipiunt
 quidem ad hæc Pontificii, quod multa sibi per calumniam tribuantur, quæ nunquam docuerint, vel par-
 ticularium duntaxat Doctorum, non autem totius Eccle-
 siæ opiniones fuerint. Joh. à DAVENTRIA ad Art. IV. Sed
 non necesse est, in scirpo nodum querere, cum adversariis no-
 biscum conveniat, Christum omnium esse Salvatorem & Re-
 demtorem, quodque non sit in alio aliquo salus. Sed re-
 spondet SCHELGVIGIVS ad Augustanam Confes-
 sionem Art. IV. Vindic. §. IV. Adversarios in Articulo
 de Justificatione semper inter se dissensisse, atque etiam-
 num dissentire. Confessores autem præcipuorum & Scho-
 lasticis, qui tum clarissimi habebantur, dogmata recensuisse.
 Quamvis hodie multi ē Pontificiis, si non reipsa, saltem
 verbis à Majoribus suis discedant. Futura certè prævi-
 dere non poterant. *Quo de arguento eruditè CARP-*
ZOVIVS Isag. in Libb. Symb. p. m. 215. seqq. Et quid, si
 in solo Christo salus, Merita aliena afflunt, & gloriantur?
 Hinc ergò (6) concluditur, quanquam Bona Opera Ex-
 terna Deus remuneretur Bonis Temporalibus; & benē
 de Justitiā Rationis in suo genere ARISTOTELES, V.
 Ethic.

Ethic. Nicom. c. 3. neque *Hesperum nec Luciferum formosorem esse Justitiam*, falsum tamen esse, (a) nos per Opera nostra Remissionem peccatorum mereri. (b) Homines coram Deo justificari aut sanctificari per Opera sua & Pietatem Externam. (c) Nos per vires Rationis Deum super omnia posse diligere, servare mandata, &c. (d) Eos omni peccato carere, qui mandata ejus solo Opere Externo sine Spiritu & Gratia observant. Quæ (e) probantur è Scripturis Rom. III. 21. IV. 14. XI. 6. X. 4. Joh. VIII. 36. III. 3. Rom. VIII. 7. XIV. 25. Ut & ex AVGVSTINO, contrà Pelagian. copiosissime disputante, *Gratiam non dari propter Merita nostra; & evacuatum esse scandalum Crucis per Justitiae propriæ persuasionem*, ex Gal. v. 4. Prout scilicet idem, si reliqua loca tacentur, præcipue Libr. de Nat. & Grat. Tom. VIII. Opp. Si possiblitas naturalis per liberum arbitrium, & ad cognoscendum, quomodò vivere debeat, & ad bene vivendum sufficit, sibi ergò Christus gratis mortuus est. Ergò evacuatum est scandalum crucis.--- Ignorantes enim *Justitiam Dei & vestram volentes constituere, justitia Dei non estis subjecti*. Siquidem *Justitia nostra est Justitia Operum, & possiblitas illa naturalis, per liberum arbitrium, Justitia Dei, justitia Fidei*. Ut ipse disertè explicat AVGVSTINVS statim ab initio hujuslibri c. I. *Quæ sit, inquiens, justitia Dei, de qua h̄c loquitur, adjungens, consequenter aperit*. Finis enim Legis Christus ad justitiam omni credenti. (Rom. X. 4.) Hanc itaque justitiam Dei non in precepto Legis, quo timor incutitur, sed in adjutorio gratiae Christi, ad quam solam utiliter Legis velut Pædagogi timor dicit, constitutam esse, qui intelligit, ipse intelligit, quare sit Christianus. Nam si per Legem justitia, ergò gratis Christus mortuus est. (Gal. II. 21.) Si autem non gratis mortuus est, in illo solo justificatur impius, cui credenti eum, qui justificat impium, deputatur Fides

des ad justitiam. (Rom. iv. 5.) Vid. suprà etiam ad §. III.
Nr. (2) verba ejusdem, ad hanc rem.

§. IV. Part. (II) agitur de Fide Justificante. Et ostenditur, (a) Adversarios per hanc solam Fidem Historiam intelligere, quâ quis credere possit, non obstante peccato mortali. (b) Quod ideò de Fide Justificante, de qua tories Paulus, nihil loquantur. (c) Quod Fides Justificans consistat potius in certâ, de Remissione Peccatorum propter Christum, Fiduciâ, quod sit Christum apprehendere. Hoc est, quod præcipue urgetur in *Germ. Emend.* Et ideò quoque ibidem P. I. ita disseritur de Prædestinatione: Darum ist hie nicht nocht zu disputiren de Prædestinatione oder Electione. Das soll allen und jeden gnug seyn/ daß die Promissio Universalis ist/wie die Schrifft blaht spricht/ und soll sich niemand ausschliessen/ niemand soll gedenken/ ihm sey nicht Vergebung angebohnen. Quæ profectò cum Particularistis non concordant. Quandò autem dicitur ibid. de Evangelio: Das Evangelium strafet unsre Sünde/ zeiget uns Gottes Zorn an/ und beut dagegen an Vergebung der Sünden um Christus willen; hoc de totâ Christi doctrinâ, de quâ ipse Luc. XXIV. 47. intelligi debet, nec extat in ceteris exemplaribus probatis. (d) Quod Fide hac Justificante accipiamus, id quod nobis offert. Cum per Justitiam Legalem nos Deo aliquid offeramus. Unde Fides non sit Virtus Moralis, ut volunt Pontificii. Multò minus Bonum Opus. Hæc verò, (e) illustrantur (α) è Nov. Testamento, Rom. IV. 16. (f) E Symbolo Apostolico: *Credo Remissionem Peccatorum;* scilicet per Fidem in Christum. (γ) E connexione partium in Fide Justificante, Promissione, quæ Fidem, Gratia Dei, quæ Meriti nostri absentiam, Merito Christi, quod thesaurum sufficientem, & Propitiatione, quæ Effectum cer-

certissimum requirit. (d) E Bonitate & Misericordiâ Dei, quæ cum sæpissimè in Scripturis vocantur, Fidem, non Opera à nobis postulant. (e) E Præstantiâ Fidei, quæ in Prophetis & Psalmis Christum Redemptorem respicit, sepositis Operibus, ideoque utut propriè vel in se Cultus Dei non sit, nec è Lege fluat, tamen laudatur ut Cultus & λατρεία, als der grösste und heiligste Gottes-Dienst. Nimirum propter Christi Meritum, quod accipit, non propter se vel præstantiam suam. Ita David Psalm. CXXX. 3. So du wilt HErr acht haben auff Missethat / HERR wer wird bestehen? (Quæ est Versio Latin. Vulgatae.) Qui & v. 5. Apud te remissio, ut te metuamus; quare v. 6. *Anima mea confidit in Deo etc.* In Lat. Exemplari citatur è Gen. XV. 8. Rom. IV. 4. testimonium de Abrahamo. Fide hac David quoque invocat Deum, Ps. XLIX. 15. Unde mirandum est, cur tam parùm ab adversariis, tantoque cum neglectu, de Fide proferatur, quam nec ipsi intelligunt satis, nec satis definiunt aut distinguunt, sed in sua Confutatione nos toties repetere, accusaverant.

¶. V. Parte igitur (III) docetur, quod sola Fides in Christum iustificet. Quæ proinde in Germ. Emend. contrahitur cum Part. IV. sequenti. In Germ. Authentic. daß der Glaube an Christum gerecht mache. Hic Fidei Effetus, ut eo magis constet, monstratur (I) modus Fidem producendi, simulque modus Regenerationis. Némpè si verè terreantur Conscientiæ sensu Peccati & Iræ Divinæ, ut ad promissiones de Christo confugiant, indeque petant solatium, juxta Evangelium Christi, quo Pœnitentiam & Remissionem Peccatorum profert, Luc. ult. c. v. 47. Et exemplis PAVLI & AVGVSTINI. (Quæ in Exemplar. Lat. desunt.) De illo Act. ix. 6. De hoc, Libr. VIII. Confession. præcipue Cap. ix. verba ipsius: Proj-

cete securus, excipiet te, & sanabit te. Add. de eius Convers. c. A. v. Hist. ad Ann. Chr. 396. p. 186. Quare nec Fides cum peccatis mortalibus consistere potest, nec sine Pœnitentiâ datur, prout contraria nobis imputant Joh. à DAVENTRIA ad h. l. aliquie pontificii; nec sit, cum utimur Sacramentis solum ex Opere Operato, neque ut *Sententiarii* vel Canonistæ omnes, ideo provocati, ad quos hic etiam referuntur *Anabaptiste*, è Dilectionis habitu proprio, sed à Spiritu Sancto per Verbum producitur, Rom. I. 10. x. 17. Deinde quoque (2) ostenditur, prout solus Christus est noster Mediator, ita solam Fidem in illum, sine ullo alio opere justificare. Denique (3) Adversariorum opinio refellitur, ac si fides sit nuda præparatio ad Justificationem, & Dilectio nos reddat coram Deo acceptos. Imò per solam Fidem, si & converti est justificari, vel Justificationem includit, convertimur, regeneramur ac justificamur, prout in Parte IV. deducitur. Respondetur (4) & illis, qui vocem *Solâ*, Fidei adjæctam, ægrè terunt, ex Rom. III. 28. Eph. II. 9. Rom. III. 27. Nec enim excluduntur Verbum & Sacraenta, utut antecedentia, nec Opera sequentia, sed Fiducia in hæc posita, quasi Remissionem Peccatorum mereantur. Frustrà vero exagitat Philippum COCHLAES, quod in Comitiis Wormatiensibus vocem *Solâ* præteriri posse, ipse autor fuisset, & tamen nunc tanto verborum apparatu contrarium defendebit. At quod in potestate nostrâ est, ut interdum faciamus, pro diversâ rerum conditione, id ut semper faciamus, nulla nos cogit necessitas. Utimur eodem jure quo & uti se rectè putant adversarii. Audiamus HOFFMEISTERVM, qui ita ad Art. IV. *Ante exortum hunc in Ecclesiâ Dei tumultum, nemo fuit offensus particula illâ: Solâ: quam jam teneræ quorundam aures vix ferre possunt.* Ne-
mo

mo siquidem unquam in jus vocavit D. Ambrosium, quod affirmarit, hominem solā fide justificari. Jam porrò pro hac vocula, solā, nescio, quot annis digladiatum sit.

§. VI. Ideoque nunc Part. (IV.) docetur, quod *Solā Fide in Christum Remissionem Peccatorum obtineamus.* Indeque ostenditur, (α) quod ad Justificationem præcipue requiratur Remissio Peccatorum, ex Ps. xxxi. 1. Et (ε) quod hæc obtineatur per solam Fidem. Igitur & Justificatio per solam Fidem in Christum obtinetur. Ad Remissionem Peccatorum referuntur Infusio illa Gratiae, quam perperam vocant, disputantque frustrà, an idem cum Justificatione sit, Adversarii. Et ubi hæc locum non habet, nullus Dilectionis est habitus. Quod nonnullis Scripturæ locis ostenditur, quibus adscribitur Christo, & Fidei in ipsum, Rom. ii. 5. iii. 25. Hebr. iv. 14. Act. x. 43. Rom. iv. 16. Gal. iii. 22. Cum verò primum in Justificatione sit Peccatorum Remissio, à quâ deinceps reliqua dependent, probatur porrò è Scripturis, per solam Fidem, excluso prorsus Operum Merito, nos justificari. Et adducitur in hanc rem Epist. ad Rom. ubi c. iii. 28. extat: *Arbitramur igitur, hominem justificari absque Operibus Legis, solā Fide.* Pro quo loco tamen citatur in Germ. Emend. Rom. iii. 23. 24. Hic verò reticetur. Putaverant Adversarii, solam hīc Legem excludi Ceremonialem, unde contrā hos differitur è c. VII. Roman. totum intelligi Decalogram. Vid. supr. §. III. Nr. (2) Quod & probatur ex AVGVSTINO de Spirit. & Liter. sub fin. *Colligimus, non justificari hominem præceptis bonaे vitæ, nisi per Fidem Jesu Christi.* Quod & deducit Paulus, ut in omnibus Epistolis, ita maximè Rom. cap. iv. 4. 5. v. 1. in Germ. Emend. Ps. xxxii. 2. & Gal. ii. 17. 21. x. 10. Gal. ii. 16. Eph. ii. 11. Joh. i. 12. iii. 14. 17. Act. xiii. 38. iv. ii. xv. 9. Habac. ii. 4. Es.

LIII. II. E Patribus laudant, AMBROSIVM ad IRENÆVM Libr. ix. Epist. 71. Ideò nemo glorietur in Operibus, quia nemo factis suis justificatur.---Fides ergò est, quæ liberat per Sanguinem Christi, quia beatus ille, cui peccatum remittitur, & venia donatur. Qui locus plus facit ad intelligendum Paulum, quām omnes Sententiarī, Angelici, Subtiles, Irrefragabiles. Hinc & AVGVSTINV M, contrà Pelagianos, & de Spirit. & Liter. cumprimis: Opus rectum--non fit, nisi in justificato. Justificatio autem ex Fide impetratur. Et paulo post: *Sub quo timore animo laborans --per fidem configuat ad misericordiam Dei, ut det, quod jubet.* Explosa opinione de Fide Formatâ, quam etiam malè à LYRA aliisque Scholasticis, hac in re cœcuentibus, tribui Abrahamo, per solam Fidem justificato, notat in Genesin B. LV THERVS, Comm. ad cap. XV. 6. Nempè ob Imperfectionem Dilectionis nostræ, hinc neminem justificantis, utut Fidem certò sequentis, Gal.v.6. Quid? quod nec Fidem, quoad naturam intrinsecam à Charitate formari posse, disputet THOMAS, Part. 2. Summ. Th. L. II. Qu. VI. Membr. III. Objectio, inquiens, procedit de formâ intrinsecâ, sic autem charitas non est forma fidei. Unde idem Membr. IV. Quandoque anima fidei habet sine charitate, quandoque autem cum charitate. Repetitur denique doctrinæ hujus Necessitas, Doctorumque in hac iterum accusatur Negligentia, & Pars IV. clauditur.

§. VIII. In Part. (V) quæ (III) est in Germ. Emend. & inscribitur vom Gesetz und Werken/ sermo est de Dilectione & Impletione Legis, & (a) probatur è Jerem. xxxi. 33. Rom. iii. 31. quod Legem servare debeamus. Sed justificati per Fidem. Et a Spiritu Sancto auxilium expectantes per Fidem, Gal. iii. 14. II. Cor. iii. 13. sine quâ nulla obedientia. Legem vero totam, & imprimis quo-
ad

ad Tabulam Primam, implere annitamus. Putemusque sic nos Deo placere, quoniam Christo insiti sumus per Fidem, quæ in peccatoribus securis esse nequit. Imperfectionem tamen agnoscamus, quoniam nec ipsi sancti Legem Dei perfectè servare possunt, ob Concupiscentiam pravam. Ne Christo hunc honorem adimamus. De quo ad Art. II. Respondeatur etiam (b) ad Quæstionem: Quare Dilectio, cum sit fructus Spiritus, non tamen iustificet; Quatuor Argumentis, (1) Quia sola Fides tenet promissionem de Christo. Mulier Luc. vii. 41. dilexit Christum, acceptâ peccatorum remissione. Est quoque (2) Legis Impletio apud Renatos exigua & immunda. Nec reddit pacatas Conscientias. (Ubi incipit in *Exempl. Lat. Argum.* (3)) Citantur Prov. xx. 9. Joh. i. 8. Luc. xi. 4. Num. xiv. 18. Zach. ii. 13. Es. xl. 6. Jon. ii. 9. Psalm. cxlII. 2. cxxix. 3. Job. ix. 28. Hinc & (3) (ubi incipit in *Lat. Arg.* (4)) etiam si studeamus Bonis Operibus, nihilominus solus Christus est noster Mediator. Falsumque est, quod Christus primam solum Gratiam nobis promeruerit, cetera à nobis addenda sint. Denique (4) nemo, quod in *Lat. Argum.* (5) est, ob accusationem Legis perpetuam certus esse poterit de Remissione Peccatorum, ex Rom. vii. 15, aliisque testimonii. Quæ (5) ex AVGUSTINO, scilicet è I. Retract. XIX. *Omnia mandata Dei implentur, quandò quicquid non fit, ignoscitur;* & HIERONYMO L. I. contr. pelagian. Tunc iusti sumus, quandò nos peccatores factemur; illustrantur. Quo pacto Legem implere, non est verè implere, sed ex imputatione Dei.

§. VIII. Cum denique Part. (VI) ad *Adversariorum respondetur Argumenta*, constat, *Antithesis in Aug. Confessione præteritam*, hoc loco non dissimulari. Ideoque præmittuntur *Præcognita* quædam necessaria, (1) ad B. O. sem-

semper Fidem, quæ præcedat, requiri. (2) Pro Principio universali esse, quod Lex absque Christo rectè servari nequeat. (3) Additur Consecatarium, quod per Legem non mereamur Remissionem peccatorum. Sed (4) illa servanda solum, & B. Opera præstanta sint, propter Mandatum Dei, & Fidei Exercitium. Commemoratur (5) cur Adversarii refutandi sint, nempè quod suâ opinione præcipue damnandi, quasi per Opera à Peccatis absolvantur. Unde (α) obscurant gloriam Christi, & (ε) Conscientias privant solatio, nunquam (γ) Voluntatem Dei rectè agnoscentes. Dicitur, (6) quod Error de Meritis Operum nobis à naturâ adhæreat, quod exemplis Gentilium ac Juðæorum ex Operæ Operato Deum colentium, ANTONIUMQVE, BERNHARDVM, DOMINICVM, FRANCISCVM, de quibus CAVIVS Hist. Liter. Script. Eccl. ad A. 330. III. 5. 1208. ANTONIN. Summ. Histor. P. 3. tit. 23. aliosque Sanctos, perperam absque fide sequentium Monachorum, evincitur. Ipsa Argumenta sunt IX. quæ attulerant Adversarii e Scripturis. Objicitur (α) i. Cor. XIII. 2. ubi Fidei ac Spei præfertur Dilectio. Sed ίτ. Non ideo Dilectioni tribuenda est illa Justitia, quæ valet coram Deo. Quoniam imperfecta est, nec ad conciliandum Deum idonea. (ε) Opponitur Col. III. 14. ubi Caritas est vinculum Perfectionis. ίτ. Non loquitur Paulus de Integritate Personæ, sed Ecclesiæ, per Caritatem invicem tanquam Ædificium coherentis. Quam turbant Adversarii suâ violentiâ. Ut quondam CÆSAR & POMPEJVS, odiis crescentibus, de quibus PLUTARCHVS in Vit. Cæsar. & Pompeji. (γ) I. Petr. IV. 8. Delicta dicitur operire Caritas. ίτ. Hoc in foro humano obtinet, non æquè in divino, & magis de remittentis caritate, quam delinquentis intelligitur. Quæ est intentio Salomonis Prov. X. 12. unde hæc verba desumfit

sum sit Petrus. Philosophi *επιέμενοι* nominant. (δ) Jac. ii. 24. ex Operibus homo dicitur justificari. *Rz.* Jacobus non omittit Fidem, sed supponit. Operaque intelligit, quæ Fidem sequuntur. Regenerationem quoque præmiserat, quæ fit per Evangelium. Fidem denique nominat Mortuam, quæ non est Justificans, quoniam Opera eam non sequuntur. Præsentia hæc Fidei sint post Justificationem, non in Justificatione. (ε) Dan. iv. 24. Es. lviii. 7. Luc. vi. 38. Matth. v. 7. Operibus nos redimi à peccatis. *Rz.* Opera ista non nisi à Fide proficiscuntur, & Redemptio ibi est Conversio tota, non officii tantum Regii, ut Aristoteles hortabatur Alexandrum M. emendatio. Nempe sequitur hæc Fidem per Opera efficacem. (ζ) Tob. iv. 11. Eleemosynas liberare à peccato & morte. *Rz.* Non ex Opere Operato, sed prout cum Fide conjunctæ sunt, & cum Pœnitentiâ. Sic & merentur multa Dei beneficia. (η) Luc. xi. 41. Eleemosynæ emundant. *Rz.* Mutatione Externâ, quæ per Eleemosynam magis, quam per Baptismata carnis fieri dicitur. Interponitur his loco Instantiæ (ι) Fidem esse in Intellectu. Justitiam in Voluntate. *Rz.* Falsum est, si utrumque subjectum invicem separetur. (κ) Justitiam eandem cum Obedientiâ esse. *Rz.* Imò præcedit Obedientia, Fidesque est præcipuum Obedientiæ Signum. (λ) Odium Dei esse peccatum. E. Dilectionem ejus, Justitiam. *Rz.* Benè, si modò Dilectio perfecta esse possit. (μ) Nullam aliás esse inter Fidem ac Spem differentiam. *Rz.* Omnipotè differentia est, saltem ut inter bona futura & præsentia. (ν) Primam igitur Gratiam per Christum mereri. Sequentem addi propter Opera. *Rz.* Negatur. Quicquid enim ex Fide non est, peccatum est. E. Gratia ad Vitam nulla, nisi ex Fide. (σ) Si nullum sit Meritum, nullum esse inter salvandos & damnandos discrimen. Quam ob rem Scholastici multa

de Merito Condigni. *Rx.* Negatur. Fides enim distinguit illos, & Fructus Fidei. Qui tamen & ipsi ex Gratia Dei sunt, juxta loca BERNHARDI, allegata e Sermone I. in Annunciat. b. Mar. fol. m. 27. D. & E. (7) Detorqueatur Luc. xvii. 10. ad Fidem sine Operibus. *Rx.* Malè. Cum Sermo non de Fide, sed de Operibus sit. (Wenn ihr alles gethan habt.) (8) Matth. V. 12. Mercedem esse Vitam Aeternam. *Rx.* De voce Mercedis haud litigandum, sed de eo, unde pia mentes spem certam Salutis concipiunt. Merces verò ista cum gratuita sit, etiam dicitur Donum Dei Rom. vi. 23. Idemque judicandum de Rom. II. 6. Joh. V. 29. Matth. XXV. 35. Sic & de Vocabulo Meriti G. CALIXTUS, de Pactis Dei cum Homin. §. XLI. Non quidem potest creatura à creatore ullo modo aliquid mereri, si vox Mercedis capiatur secundum justitiam vel commutativam vel distributivam: etiam si posita à promissione divina possit aliquid consequi, quo sensu, nempè ut mereri nihil aliud sit, quam consequi, scriptores deficiente Latini sermonis puritate voculam frequenter usurparunt. Quæ urgenda sunt omnia, non per otiosas subtilitates, sed ob causas gravissimas, imprimis ne assuantur alii errores, v. gr. de perfectâ Legis Observatione, & Operibus Supererogationis, &c. De quibus ne verbo quidem Sancti & Martyres. S. Laurentius certè in craticulâ suâ non dissentit ab illo Davidis, Ps. CXXX. 2. Domine, ne intres in judicium cum servo tuo, &c. Unde de eo AVGUSTINVS Serm. I. ostendit nobis, per ignem fidei gehennæ incendia superari; ideoque nullis suis operibus. Add. MADERVS Libr. de S. Laurentio Martyre, ejusque Monasterio prope Scheningam, Helmstad. 1656. Et S. BERNHARDVS, cum illud, perditè vixi, præmisisset, ut etiam infr. Art. VI. Absuum de Vit. Monastic. sub fin. propter Christum querat

Pec-

Peccatorum Remissionem, juxta Ps. XXXII. 2. & Röm. IV. 6. (Corp. Doctr. Jul. kein gut Werck / Authent. Germ. keine gute Wercke.) Conf. ejusd. Sermonem XXIII. super Cantic. ubi ille: *O solus verè beatus, cui non imputavit Dominus peccatum. Nam qui non habuerit peccatum, nemo. Omnes enim peccaverunt. Et omnes egent gloriā Dei.* Quis accusabit tamen adversus electos Dei? Sufficit mibi ad omnem justitiam, solum habere propitium, cui soli peccavi. Omne quod mibi ipse non imputare, decreverit, sic est, quasi non fuerit. Non peccare, Dei justitia est: *bominis justitia, indulgentia Dei.* Add. Epist. 42. ad verba Ps. XXXII. Propterea orabit te omnis Sanctus. Et Serm. LXXIII. super Cantic. Opus itaque habent & Sancti pro peccatis exorare, ut de misericordiā salvi fiant, propriæ justitiæ non fidentes. Vid. infr. Art. VI. Abus. Idemque de Fidei Naturâ ac Certitudine Serm. I. Annunc. b. Mar. p. 27. Si credis, peccata tua non posse deleri, nisi ab eo, cui soli peccasti, & in quem peccatum non cadit, benè facis: sed adhuc, ut & hoc credas, quia per ipsum peccata tibi donantur. Hoc est testimonium, quod perhibet in corde nostro Spiritus Sanctus, dicens: dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus, (Rom. III. 28) gratis justificari bominem per fidem.



VIRO CLARISSIMO
DOMINO MAGISTRO
S C H V M A C H E R O
RESPONDENTI SVO

S. P.

Qui secundam nunc Disputationem defendis, meā quidem commendatione non opus habes, Vir Clarissime, quoniam telam apud nos ceptam, dum egrè in Academiâ Juliâ commoraris, piè ac gnariter prosequeris. At egrè, inquam, Te in Academiâ Juliâ commorari, qui ultra mensam Convictorum ordinariam, quam Serenissimorum Principum munificentiâ consecutus es, parum habes aut nibil, unde vitam ducas. Sic molestie non paucæ nec exiguae abs Te subeundæ fuerunt, fateor, quas comitatæ sunt, ut fieri solet, nunc suspicione, nunc calunnia; quas tamen rectius declinare haud poteris, quam vita innocentia, & jugi labore. Præcipuum quoque, quo omnia eodem iœtu prosternas, erit, post agnitam accuratè veritatem divinam, fiducia in ipso supremo rerum arbitro, qui singula moderatur in bonum finem nostrum, collocanda. Tu saltem vide, ne à recto tramite bac rerum tempestate discedas, ubi florentibus ad fastigium usque artium liberalium exercitiis, jacet nibilominus, quod in his optimum est ac præstantissimum, ac varietate nimirum tantum non opprimitur. Unum est, quod Te cultum patrum reliquisse, forte penitere queat. Sed bono esto animo, & memento, quam incredibile hoc Dei beneficium sit, nullaque vel antiquitatis vel civilis autoritatis aut observantie specie æstimandum, quod Augustanae Confessionis hujusque Apologie doctrinam in Ecclesiâ Christianâ resuscitaverit, aureumque in hac de Justificatione hominis peccato-

catoris coram Deo, per solam Fidem in Christum, articulum,
de quo bodie disputas, scrupulosque in Papatu, ut ipse confiteris, jam diu fovisti, à dubitationum, superstitionumque &
vanarum de meritis nostris persuasionum nebulis purgaverit.
Erat hoc in ipsâ patriâ tuâ, Episcopatu Paderbornensi, quo
nihil prius nihilque antiquius habebant Episcopi, Consules,
Senatus reliquus, ac Cives tui inde ab HERMANNO Archi-
episcopo Coloniensi, adeoque statim à Confessione Augustanâ,
Imperatori Carolo V. oblatâ, & à ceteris Imperii statibus re-
ceptâ, Annoque 1555. ibidem, & Ratisbone Anno 1557. 1559.
& 1566. publicis Imperii Legibus introductâ. Nondum cer-
tè mente excidit, apud vos in Templis juxta tenorem ejusdem
viros pios auditores docuisse suos, & pueros è Catechismo
quoque Lutheri instituisse, & coram totâ Ecclesiâ examinâs-
se, adeò ut perfectè ex eodem sciverint reddere singula. Hæ-
ret adhuc in memoriâ, Sacra menta ad institutionem Christi
fuisse administrata, & Abusus quamplurimos abrogatos, pro-
ut in Confessione Augustanâ præscriptum atque in ejusdem
Apologîa explicatum fuerat. Quæ duravit existimatio
de religione usque ad seculi istius ferè exitum. Longi-
usque durasset citrâ dubium, nec sine felicibus Episcopatus
totius auspiciis, nisi malevolorum instigatione, quæ cum se-
ditiosis & ad furorem usque insanientibus Fanaticis & Ana-
baptistis colluderent Evangelici, inde & ejecti fuissent pessi-
mo omne verbi divini magistri, & qui hos audiebant. Pro-
stant utique monumenta hanc contemnenda, quam inviti au-
res præbuerint his accusationibus, ac sacra saluberrima
REMBERTVS & JOHANNES, ipse uterque Præsul, ille
Anno 1567. hic 1574. deseruerint; quamque ægrè tulerint
motus de Religione intempestivos, & quietem potius quam
novam sibi objectam potestatem, & novos Pontificiorum Re-
cessus pro confirmanda veteri consuetudine amaverint. Ea-
demque demonstrant, quam difficile fuerit, his Consules Popu-
lumque Paderbornensem adstringere. Ita enim isti in literis ad

Mar-

Martinum HOITBANDVM, antea ad Ecclesiam S. Pancratii, Aug. Conf. ministrum, nunc exulem, Ann. 1567. Wir seien aus Gottes Wort auch euren selbst predigen / Gott lob / so viel unterwiesen / daß wir nicht allein vor Gott / sondern auch vor der Welt uns schuldig erkennen / Gottes Glori / und das heilige Evangelium zu beförderen. --- Wir erkennen / daß solches das fürnehmste / und das um des willen dich Politisch Wesen / und unser Stadt Regierung vornehmlich von Gott gesegnet worden. --- Darumb soll ihrs gentlich dafür halten / daß wir bey der erkandten Warheit fest bestehen / und bis in unsere Gruben dabei / wie frommen Christen gebürt / zu halten / und uns in dem zugezogenen gemeint / daß wirs vor Gott / dem Lands Fürsten / und jedermanniglich zu verantworten gedenken. Ihr wissen aber selbst / warhin unser Stadt Regierung und Vermögen lenket / und daß es disfals an unsern guten Willen nit / sondern an Vermögen / und vornehmlich an den mangeln will / daß wir dem hochwürdigsten Fürsten und Herrn / Herrn Remberten / Bischoffen zu Paderborn / unsern gnädigen Fürsten und Herrn unterworffen / und daß S. F. G. als der Landes Fürst / die Religion will zu verwalten haben. Sed plura de his addere, locus non est. Quæ videri possunt in Apologia hujus HOITBANDI, postmodum ministri Soestani ad ædem S. Walpurgis, contrà M. Hermannum à KERSSENBRUCH, ed. Marpurg. 1580. Tu verò gaude, Deum te propitium babere, sique ita persuasus es, fieri non posse, crede, quin faustis combatibus ex adversis omnibus emergas. Hoc ego tibi diligenter specimen gratulor, & gratulor etiam terium in antecessum, quod propediem præstabis. Vale. Scrib. in Acad. Jul. d. XIII. April. MDCCXXXVII.

Ad 33.
T. devinetissimus

PRÆSES.


EO.-Beg. 2002

01 A 6727

ULB Halle
003 104 745

3





B.I.G.

Farbkarte #13



DISPVTATIO THEOLOGICA
AD
APOLOGIAM
AVGVSTANAE
CONFESSI0NIS

A PROLEGOM. VSQVE AD ART. VI.

PRAE SIDE
JONA CONR. SCHRAMMIO

S. TH. D. ET PROF. ORD.

ANNO MDCCXXXVII. D. XIII. APRIL.

PUBLICE DEFENSA

A

JOANNE HENRICO SCHVMACHERO

ASSELENA-PADERBORNENSI
PHIL. ET LIB. ART. MAG.

HELMSTADII
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII
ACAD. TYPOGR.